



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XXVIII. Mit was vor Ceremoniel die Fränckische Crayß-Gesandten bey denen Kayserlichen, Frantzösischen und Spanischen Gesandten die Visiten abgelegt. N. I. Anrede der Fränckischen Crayß-Gesandten ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1645.
Mart.

fen von Schellenbach, erster Stadt-Syndicus daselbst; so fiel der zweyte Einwurff vor sich dahin,

und über die andern Punkte wurde folgendes mehrers deliberiret.

1645.
Mart.

§. XXVIII.

Mit was vor Ceremoniel die Fränckische Crayß-Gesandten, bey den Kayserl. Frantzösischen und Spanischen Gesandten die Visiten abgelegt.

Die Fränckische Crayß-Gesandten nahmen sofort nach ihrer Ankunfft zu Münster, den 21. Mart. bey dem Kayserlichen Principal-Commissario, dem Grafen zu Nassau-Hadamar, audienz, welche sie sitzend und mit bedecktem Haupt, gehalten, wobey aber der Kayserliche Con-Commissarius, Volmar, ohngeachtet auch an diesen das Creditiv mit gerichtet war, nicht zugegen gewesen. Den 23. ejusd. gaben sie den beyden Frantzösischen Ambassadeurs, Comte d'AVAUX und SERVIEN, welche deswegens zusammen gekommen waren, in Lateinischer Sprach, sedendo & tectis capitibus, die Visite, welche bey 2. Stunden gewähret. Den 24. ejusd. verrichteten sie dergleichen bey dem Spanischen Ambassadeur, Don Diego SAVIEDRA, welchem sie die Proposition in Lateinischer Sprach

gethan, worauf die Spanier in Spanischer Sprach geantwortet, hernach aber mit ihnen beständig Latein geredet. Solche Audienz hat bey anderthalb Stunden, gleichfalls sitzend mit bedecktem Haupt, gedauert. Des Nachmittags wollten sie auch dem Kayserlichen Commissario Volmar die Visite geben, wurden aber unter der Hand benachrichtiget, daß die Frantzosen aufstellen und observiren ließen, ob sie solches thäten; dahero sich nur der Bambergische und Nürnbergische Deputatus, und zwar nur zu Fuß, dahin begaben, damit es einer Privat-Conferenz ähnlich seyn, und Niemand dadurch offendiret werden möchte. Die bey solchen Zusammenkünften auf beyden Seiten ex tempore gehaltene Reden haben also gelautet:

N. I.

Christianissimi & Potentissimi Galliarum & Navarra Regis ad Tractatus Generales Pacis Legati & Plenipotentarii,

Illustrissimi & Excellentissimi Domini observantissimi.

N. I.
Anrede der Fränckischen Crayß-Gesandten an die Frantzösischen Legatos.

Posteaquam Franconici Circuli Celsissimi Principes Status & Ordines non sine magna animorum exhilaratione intellexere, praeliminaria Tractatum Pacis dudum definita, & ipsum principale pacificationis negotium, aut jam ceptum, aut incipiendum brevi, hac Christianissimi Regis & Excellentissimorum D.D. Legatorum iteratis incitati invitationibus, ut orbi universo tam salutare & optatum opus praefati Circuli Deputatorum desiderata praesentia promoveretur potius, quam ulteriori absentia differri videretur, diversis Circularium Conventuum decretis, nos eorum Consiliarios & Ministros in hanc ablegavere urbem, & enixis instruxere Mandatis, praevia officiosissima salutatione, & promptissimorum officiorum delatione, debitas imprimis Christianissimae Majestatis agere gratias, pro tam ardenti S. R. Imperium tranquillandi & pristino splendori & decori restituendi, toties repetitis Regis & Illustrissimarum Excellentissimarum D.D. V.V. literis contestato desiderio. Equidem quod durante praesenti tredecennali fere Germanico bello, diversi Christianissimae Majestatis ad publicos Principum Conventus destinati Legati & ore & scripto pariter enunciavere, constanti sinceritate & candore continuari, ac in ipso Tractatu Pacis demonstrari velle, non aliam Regionum armorum, & exinde profusorum sumptuum quari compensationem, quam Germaniae Pacis firmam, tutam & securam reductionem, summo omnium gaudio ex iisdem perceptum est. Neque enim alia Germanorum expectatio unquam vel esse potuit vel debuit, quam Christianissimi Regis arma, non ad Germanorum libertatem con-

1645.
Mart.

concutiendam, sed eandem potius restabiliendam & conservandam, sumpta ac hactenus continuata fuisse. Restat modo, ut ipsi negotio manus admoveatur, & principalis Tractatus, exhibitione Christianissimi Regis Propositionis, exordium sumatur, cujus tam sancti & desiderati operis, ipsi testes, adjuutores & laudatores enixissimi sint futuri. Porro indubia spe ferimur, nec Sac. Cæs. nec Christianissimam Galliarum Majestatem, post tot annorum defluxum, suspensa Pacis spe dilata, tranquillandæ primùm Germaniæ studiis inhæuros, nec non pendentibus ac durantibus ejusmodi Tractatibus, Christianissimi Regis aut Confœderatorum, exercitus in Franconicum Circulum ulla hostilia moturos arma, aut vim ullam illaturos illis, quibus nunquam aliis vim inferre in mentem venit; sed autoritate & suffragatione non ita pridem oblata, Celsissimos Principes & Status ab iisdem immunes permansturos, ne fructu & effectu Pacis futuræ ante ejus indeptionem omnimodo destituantur, verum Orbis universi expectationi satisfacturos, & tam salutarem ac laudatum affectum mox effectu ipso comprobabunt. Id ipsum ad immortalis Numinis gloriam, desideratam populorum felicitatem, Illustrissimarum Ex. Ex. V. V. nominis immortalitatem, ac in summum Orbis beneficium redundabit, quibus proinde hocce Pacis negotium iterato, & simul nos humillimo affectu commendamus, ac tam benevolæ impertitæ audientiæ ergo, debitas deferimus gratias. &c. Monasterii ^{3. April.} _{23. Martii} 1645.

1645.
Mart.

N. II.

*Curalia &c.*N. II.
Antwort der
Französischen
Gesandten.

Tanto magis de nostro aliorumque Imperii Ordinum Legatorum adventum gratulari, quanto majori eundem desiderio hactenus exoptaverint & expectaverint. Ita se enim non obstantibus assiduis & gravissimis D. D. Mediatorum aliorumque in contrarium factis adhortationibus & remonstracionibus, hactenus constanter statuisse, præsentis Pacis Tractatus sine eorum, quorum maxime interest, Imperii Statuum præsentia, & interveniente autoritate, nec rite inchoari quidem, nedum plene confici posse. Imprimis vero Franconici Circuli Legatorum adventum gratissimum se habere, quem, ob indelebilem consanguinitatis & cognationis nexum cum Natione Gallica, cujus vel ipsum nomen moneat, Ipsi præ aliis saluum & incolumem optent. Quoties igitur nobis placuerit fores ipsorum pulsare, semper easdem apertas, seque paratissimos fore, nobiscum consilia fideliter conferre, & tum proprium, tum imprimis Regiæ Galliarum Majestatis enixissimam pro pace firmâ securâ & universali faciendam, & libertate Germaniæ restituendam, voluntatem ipso facto potius, quam verbis contestari. Eandem Suecicis Legatis, quorum maxima sit in hac parte autoritas, etiam post nuper obtentam splendidissimam victoriam constare mentem; adeoque ad ineundum cum ipsismet colloquium de rebus ad hancce materiam pertinentibus, & forsân ipsam Propositionis formulam prius communicandam, se hodierno adhuc vespere Domini OXENSTIERNA hanc in urbem adventum præstolari, modo præcipue requiri, ut nostro aliorumque præsentium Imperii Statuum Legatorum conjunctis viribus animi & consiliis, sanctissimum hoc pacificationis opus strenue promoveatur: nostram enim rem agi, nostrorum imprimis interesse omni conatu prævidere, ne præsens erigendi sese in pristinam libertatem occasio præterlabatur.

Quod si forsân sapius memorati Status, eorumque Legati veras cruentissimi hujus belli causas, easque rationes, quibus ipsi eidem implicati fuerint, ignorent, seu potius dissimulent, se cum Suecicis Legatis in ipso Tractuum

1645.
Mart.

Statuum cursu, easdem planas facturos, clarissimeque demonstraturos, quam immodice & intemperanter à Cæsare potestas in Imperio exercita; quam variis modis libertas & jura Statuum infracta & conculcata; quanta Regi Sueciæ in Prussia, Duci Mantuano pro impetranda investitura, ad pedes Cæsaris humillime projecto, non alio ex capite, quam quod natione Gallus esset, Statibusque Hollandiæ ac aliis Principibus exteris, vis & injuria illata fuerit. Rem plane ad unius, scilicet Imperatoris, nutum & libitum, si non libidinem, in Imperio redactam; nulla superesse in Comitibus libera Vota; sed, si qui forte liberius sententiam dicere ausi sint, illos plerumque, aut vi aut metu deterritos, aut si per majora sanior sententia quandoque prævaluerit, aut nullam aut contrariam plane, nemine contra vel hincere auso, subsequi resolutionem. Quin imo hætenus populos nostros, pecunias nostras, agros nostros, munimenta & jumenta nostra, & quicquid alias nostrum fuit, vi manuque militari contra omnia jura & rationes rapta & ablata fuisse. Gallis quidem nunquam in mentem descendisse, de legitima & ordinaria Imperatoris potestate & juribus quidquam deliberare velle, modo eadem in antiquis Imperii sanctionum legumque cancellis circumscripta maneat. Quamdiu vero consilia Hispanica in aula Imperatoris vel illius successorum prævalebunt, nos nullam habituros Pacem. Id, quod nos pro coercendis armis Gallicis a Circulo Franconico pertivimus, Wirtembergæ quoque Ducis Legatum aliosque petiisse, idemque facillimum obtentu fore, modo prius hostilia Cæsareanorum arma inde penitus dimitterentur, & Status Imperii separationis consilia reipsa ineant: hanc unicam superesse obtinendæ Pacis, & salutis expediendæ rationem. Magnam equidem imminere tum toti Christiano Orbi, tum inprimis Italiæ, bello nuper exacto valde lassata, præcipue Siciliæ, Apuliæque oris, ab immanissimis Turcis periculum; & tamen, quod mirandum & dolendum, adeo nullæ necessariæ & sufficientis defensionis media illuc submitti, ut potius præsidia, comæatus & aliæ ad defensionem necessaria, inde alibi contra Christianissimum imprimis Galliarum Regem transfretata & deducta fuerint. Quin & Regis Hispaniarum Legatos demum tertius sufficiens Mandatum eo modo exhibuisse, quo jam dudum fieri tam potuisset quam debuisset, si debito tantæ rei zelo negotium promovere, ipsis serio curæ cordique unquam fuisset; Imperatorem, Statusque adhaerentes nunc, ut fertur, animum ad transferendum ordinariorum Deputatorum Imperii Conventum in hanc urbem consilium intendere: id vero rem fore tanto periculosiorem, quo magis hætenus in eodem Francofurti habito Conventu, tum parum à Statibus libere conclusum, tum nihil à Cæsare resolutum fuerit. Quod si tamen talis agendi modus, ex reliquorum Statuum non Deputatorum consilio & consensu, instituat, quo jus quidem & facultas exequendum liberum Jus Suffragii, pro commodiori & expeditiori consultandi ratione, extraordinaria seu delegata quadam potestate corpori sive Collegio Deputatorum Statuum relinquatur; cæteris vero non Deputatis Statibus præsentibus, Jus consultandi, monendi & informandi, quantum tum propria tum publica rei necessitas exposcere videbitur, integrum & illibatum maneat, suo quidem arbitrio rem salvam fore. Cæsareanos quidem haud obscure præ se ferre, ac si Status Imperii non ad Suffragia ferenda, sed in nudum auseultorum seu spectatorum vicem huc appulsuros essent, de quibus ipsi tamen meliorem spem & opinionem conceperint.

Monasterii, ^{25. Martii}
_{3. April.}

N. III.

Der Gesandten des Fränkischen Crayses Rede an den Spanisch. Abgesandten.

N. III.

Catholici ac Potentissimi Hispaniarum ac Indiarum Regis ad Tractatus Pacis generales Legate & Plenipotentiarie,

Illustrissime Excellentissime Domine, Domine observantissime. Postquam Franconici Circuli Celsissimi Principes Status & Ordines non sine magna

1645.
Mart.

1645.
Mart.

gna animorum exhilaratione intellexere, Præliminaria Tractatum Pacis dudum definita, & ipsum principale Pacificationis negotium, aut jam cœptum, aut incipiendum brevi, impensissimi contestandi affectus lassatam bellis Germaniam pristinae tranquillitati restituendi, ac ad tam exoptatum finem omni studio & opera collaborandi, diversis Comitialibus Conclusis, ad ipsa loca Tractatum Legatos & Deputatos mittere decrevere, ac ideirco nos enixis instruxere Mandatis, præviâ officiosissimâ salutatione, ac promptissimorum officiorum delatione, nec non à sospitatore Deo omnis exoptatæ felicitatis appreciatione, debitas imprimis & humillimas referre gratias, ob tam ardentem Regiæ Catholicæ Majestatis pristinae tranquillitati S. R. Imperium ac finitima Regna, Provincias & ditiones restituendi, Orbi notam clementissimam voluntatem. Equidem merito Potentissimus Rex propenso desiderat affectu, ut sanguinis humani diluvium, quo integra fere Europa à plurimis retroactis annis inundata sistatur, publica Imperiorum tranquillitas, confanguineis turbata armis, amicabilibus mediis redintegretur, & Christianorum populorum reliqui à mutuis revocentur cædibus, ac contra metuendas Christiani nominis immanissimi hostis appropinquantes invasiones reserventur potius, quam continuatis lanienis, viris & viribus omnibus enervatâ, depopulatâ & desolatâ Europâ, quasi ultro communis nominis & Religionis hostis jugo prostituatur. Porro divinam precamur Majestatem, ut cœptum Pacificationis negotium, felici principio, feliciori & velociori successu beare, & ejusdem de properato effectu Orbem universonum recreare velit; Illustrissimam Excellentiam Vestram rogantes impensò cultu, ut ad tanti operis procurationem & Regiam & propriam propensam voluntatem continuare dignetur; factura in eo, quod ad Numinis Immortalis gloriam, Catholicæ Majestatis nominis immortalitatem indubie cessurum est, pro tam benigna impertitâ audientia debitas referentes gratias, nos humillime commendamus &c. Monasterii ^{4. April.} _{24. Martii} 1645.

1645.
Mart.

N. IV.

N. IV.
Contenta des
Spanischen
Gesandten
daraufertheil-
ter Antwort.

Gallicos, qui hic sunt, Legatos, non sine justa DD. Mediatorum indignatione tam frivolis exceptionibus, tum circa formam exhibitarum Plenipotentiarum, tum ratione restitutionis Electoris Trevirensis, & plenariæ comparitionis Statuum &c. incubuisse hactenus, ac si plane cum pueris, ipsis res essent, sibi quidem omnes rerum circumstantias probe perpendenti vix aliter augurari licere, quam præsentem in Pacem institutos Tractatus extremam potius ruinam Germaniæ acceleraturos, quam præsentia mala atque calamitates cum Pace & tranquillitate commutaturos esse; idque nos re ipsa brevi fore experturos; Nec aliud superesse remedii genus, quam ut Germani oculos tandem aperiant, & exterarum Cororum interiores, non aliter quam ad perniciem Germaniæ, intentos fines rectius animadvertentes, conjunctis viribus & consiliis, institutis ad id in singulis Circulis, novis militum delectibus, aliisque ad defensionem necessariis Instrumentis, ad exemplum Westphalici Circuli, commune propulsetur periculum, & tum Augustissimi Imperatoris, tum ipsorum Statuum Majestas, Libertas & status armis mascule vindicetur. Neque ob infelix illud in Bohemia nuper confectum prælium animum ulla ratione despondendum, quin potius ad modum palmae eo fortius erigendum: constare equidem, hostem in ea pugna duplo plures quam nostros amisisse: impedimenta omnia in saluum, quod insigne pro recolligendis militibus beneficium, reducta, hostisque vires adeo fractas & attritas esse, ut neque pro oppido Thabor neque alio quocunque occupando iisdem fidere ausus fuerit. Quin Cæsareanos hoc infortunii ictu veluti somno expergefatos, eo magis strenue & vigilantius

1645.
Mart.

tius rem imposterum gesturos, jamque eum in finem novum & ingentem a Cæsare parari exercitum; nec necessariis ad id destitui mediis, quibus coronæ exteræ, in casu unius infelicis pugnæ plane carituræ forent. In Belgio Regem Catholicum tantum belli apparatus in præfens instituisse, ut omnia, ad primam hostium invasionem, eorumque vires divertendas & distrahendas, in procinctu modo existant: appulsi nuperrime in Flandriæ oras navem magna vi auri argentique onustam: in Lusitania portum quendam famosum in legitimam Regis Catholici potestatem vi redactum, aliaque contra Tyrannum illum feliciter gesta: Cataloniam in duas factiones divisam, & multitudinem populi ad pristinum & legitimum dominium aspirare, indeque magnam lætissimi ex illa Provincia nuncii expectationem sperari. In Belgio Confœderato populum multo majoribus nunc oneribus sub vana libertatis larva oppressum jacere, ac si sub svavi Regis Hispaniarum dominio vitam traduceret, nec tantum inter ipsos Ordines & Principem magna gliscere discordiarum semina, sed & Galliarum inprimis Regis quotidie excrescentem potentiam & ambitionem, adeo Belgis merito devenire suspectam & formidabilem, ut non pauci Politices gnarissimi Viri judicare non dubitent, satis & tutius fore Batavorum Reipublicæ, si ipsi nuper expugnato Sasso Gandavenfi cederent vel carerent, & in simul fortalium Gravelingense in quibusvis aliis, quam in Gallorum manibus esse. In Gallia fiscum Regium esse exhaustum, & subditos immensa tributorum & exactionum mole obrutos, tanto magis rebus innovandis studere, quanto majori præsentium tœdio laborent. Dolendum sane Germanos, prudentes alias Viros, & ob candorem, sinceritatem aliasque egregias animorum dotes ipsi semper charissimos, hæcenus exterorum prætextibus & promissis, contra proprias status rationes, tantum fidei in plerisque attribuisse, quale ipse neque in historia Romana, neque Græca, neque in Persica ullum unquam legerit vel audiverit exemplum. Rem plane stupendam adeoque fatali dispositioni merito adscribendam! Nec se temperare à lacrymais, quoties hujus rei & eventus illius tristissimi cogitatio mentem subeat. In Germania hæcenus bellum non eo ordine, ea cura, consiliorumque confirmate, quam fieri oportebat, gestum fuisse: testes Brisacum, Philippsburgum (nihil omnino hic de Sylva Ducis, Trajecto ad Mosam, Rhinberga, Vefalia, Grevelinga, Sasso Gandavenfi, aliisque proxime præteritis annis ex Hispanica parte amissis munitissimis locis) aliaque munimenta socordiâ porius & ignaviâ nostrâ, quam hostium virtute amissa, quin & loca illa a Gallis, trans Rhenum occupata, jam dudum in potestatem redigi potuisse, nisi Elector Bavaricus ex causis non satis liquidis copias eo transmittere abstinuisset. Monasterii, 24. Mart. 1645.

1645.
Mart.

§. XXIX.

Die unglückliche Schlacht bey Tabor, giebt den Franzosen und Schweden neuen Muth.

Bisshero hatten sowol die Franzosen als Schweden auf allerley Art gesucht, die Einlassung in die Haupt-Sache zu decliniren, dahero dieselben sich nur bey lauter dilatoriiis aufgehalten, um zu sehen, wie es, nach erdffneter Campagne mit dem Kriege sich anlassen möchte, worinnen auch das Glück denenselben gefüget, indeme am 6. Mart. die Schwedische Armada unter dem General Torstensohn, bey Tabor in Böhmen einen solchen vollkommenen Sieg, wider alle menschliche Vermuthung erfochten, daß die Catholi-

sche Stände selbst, nunmehr den Untergang ihrer Religion darob besorgten, auch dahero die Bayerische Gesandten den Franzosen zu Münster, bewegliche Vorstellung thaten, es möchte doch Frankreich assistenz leisten, sonst dürfften sich alle Protestanten zu der schrecklichen Schwedischen Macht schlagen, und dadurch den Catholischen den Garaus machen: Frankreich möchte bedencken, daß, als selbiges die Hugenotten bekriegeret habe, die übrigen Catholische Potenzen diesen keinen Beystand geleistet, vielmehr Spanien